

vix suæ proventum, ut sustinere possimus; & hoc est quod innuit Apostolus ad Rom. 5. dicens quod ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia, & Jo: 10. dicitur: Ego veni ut vitam habeam, & abundantius habeam. Et hac adnotasse sit satis.

CAPUT XVI.

Referitur Propositio damnata anno 1602. à Clemente VIII. Speciali Bulla, circa Confessionem, & Absolutionem per Epistolam; aut per internum. Propositio est hæc:

1 Licet per litteras, seu internuncium Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eo absente absolutionem obtinere.

Damnatur ad minus ut falsa, temeraria, & scandalosa; & sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, ac Pontifici Romano reservatæ, illius praxis, ut desensio omnino interdicitur.

2 Notandum autem est hæc, quod per hujus Propositionis damnationem non interdicitur Confessio facta per Scripturam Sacramenti præsentem, quæ utique valida est, si Penitens tradat eam continentem peccata sua Confessario legendam, ac deinde addat: me accuso de his omnibus, quæ scripta sunt in hac pagina, & à te lecta sunt, & peto de omnibus absolutionem; imò secundum Sotum, Lugo; Martinum Perez, & alios, licita est in casu, quo aliquis præ maxima verecundia non auderet legere ipse paginam Confessario, aut in casu quo Confessarius surditate laboraret.

CAPUT XVII.

Referitur Propositio circa S. Petrum, & S. Paulum damnata ab Innocentio X. anno 1647. in Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis.

1 Sanctus Petrus, & S. Paulus sunt duo Ecclesiæ Principes, qui unicum efficiunt; vel sunt duo Ecclesiæ Catholicae coriphæi, ac Supremi Duces, summa inter se unitate conjuncti: Vel sunt genuinis universalis Ecclesiæ vertex, qui in noium divinisimè coaluerunt: vel sunt duæ Ecclesiæ Summi Pastores, ac Præsides, qui unicum caput constituunt.

2 Damnatur hæc Propositio ut hæretica, si taliter explicetur, ut ponat omnimodam æqualitatem inter S. Petrum, & S. Paulum, sine subordinatione, & subjectione Sancti Pauli ad Sanctum Petrum, in potestate suprema, & regimine universalis Ecclesiæ.

CAPUT XVIII.

Referuntur quinque sanose Jansenii Propositiones ab Innocentio X. damnatæ anno 1653. & deinde ab Alexandro VII. anno 1656. & novissime à Clemente XI. anno 1705. & singulis apponitur sua condemnatio.

1 Aliqua Dei præcepta hominibus iustis volentibus, & constantibus, secundum præ-

sentes, quas habent, vires, sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, qua possibilia fiunt: Temerariam impiam, blasphemam, anathemam damnatur, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

2 Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur. Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

3 Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ, non requiritur in homine libertas, à necessitate, sed sufficit libertas à coactione: Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

4 Semipelagiani amittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare: Falsam, & Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

5 Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem sudisse: Falsam, temerariam, scandalosam, & intellectam eo sensu, ut Christus pro salute humanarum prædestinatorum mortuus sit, impiam, blasphemam, contumeliosam, divinæ pietatis derogantem, & Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

CAPUT XIX.

Referuntur duæ Propositiones de Omnipotentia donatæ, & subiecta Creaturæ, ab Innocentio XI. anno 1679. in Congregatione Generali Sanctæ Romanæ Inquisitionis damnatæ.

1 Deus donat nobis Omnipotentiam suam, ut ea utamur, sicut aliquis donat alteri Villam, aut Librum.

2 Deus subiecit nobis suam Omnipotentiam.

Damnatur hæc duæ Propositiones ut temerariæ ad minimum, & novæ. Referuntur hæc Propositiones ut temerariæ ad minimum, & novæ. Referuntur hæc Propositiones ut temerariæ ad minimum, & novæ.

CAPUT XXII.

Referuntur Propositiones 68. Michaelis de Molinos ab Innocentio XI. damnatæ anno 1687.

1 Necesse est annihilari potentias; & hæc est via interna.

dictæ Propositiones non asserunt veræ, à Cornelio Jansenio, sed tantum asserunt verè in operibus Divi Augustini scriptis reperiri; & item quod Papa est infallibilis quidem in decidendo circa questiones juris, non autem circa Questiones facti, qualis est illa: An illa Propositiones extant in libro Jansenii, & an in eo libro sensum talem possint, quàm alium efficiant? Resp. asseri quod verè sint illæ Propositiones à Jansenio, ut patet ex toto libro.

2 Velle operari activè, est offendere Deum, qui vult solus Agens esse; & ideo necesse est detinere se in illo, & deinde se habere corporis mortui insular.

3 Anima nihil operando, annihilat se; & reddit ad suum principium, ad suam originem, quæ est essentia Dei, ubi manet transformata, & divinizzata; & tunc Deus manet in se ipso, quæ tunc non sunt amplius due res unitæ; sed una sola, & sic vivit; & regnat Deus in nobis, & anima se annihilat in esse operativo.

4 Internus via est illa, in qua non cognoscitur aut lumen, aut amor, aut resignatio; neque necessarium est cognoscere Deum, & sic bene proceditur.

5 Non debet anima cogitare aut præmium, aut pœnam, aut Paradisum; aut Infernum; aut mortem, aut æternitatem.

6 Non debet velle scire, an ambalet cum voluntate Dei; an sit resignata illi, vel non; nec est necesse, ut velit cognoscere suum statum, nec proprium nihilum; sed sese habeat quasi corpus mortuum.

7 Non debet anima memor esse; vel sui ipsius, vel Dei, vel ullius rei; & in via interna omnis reflexio est nociva, & etiã reflexio supra suas actiones humanas, ac proprios defectus.

8 Si propriis defectibus aliquis scandalizat alterum, non est necesse ad id facere reflexionem, dummodò non sit voluntas scandalizandi, & non posse reflectere ad proprios defectus, est donum Dei.

9 Ad dubia, quæ accidunt, rectè procedamus, an non; non est necessarium reflectere.

10 Qui dedit liberum arbitrium Deo, non debet curare de ulla re; nec de Inferno, nec de Paradiso; nec de habendo desiderio suæ propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ sanctitatis, nec propriæ salutis, à cuius etiam ipse se purgare debet.

11 Dum consignatum fuerit liberum Arbitrium Deo, illi debet relinqui cura, & cogitatio omnium rerum nostrarum, & permitti, ut in nobis sine nobis suum divinum faciat velle.

12 Qui resignatus est Divinæ voluntati, non debet à Deo quidquam petere, quia petere est imperfectio; cum sit actus propriæ voluntatis, & electionis; & est quodammodo velle, sicut Divina voluntas nostræ se conformet, & non nostræ voluntati divinæ; & illud petite, & accipietis, ex Evangelio; non fuit dictum à Christo pro animabus internis, quæ nolunt habere voluntatem, quia & istæ eo deveniunt, ut non possint Deo quidquam petere.

13 Necesse est annihilari potentias; & hæc est via interna.

14 Necesse est annihilari potentias; & hæc est via interna.

15 Necesse est annihilari potentias; & hæc est via interna.

12 Velle operari activè, est offendere Deum, qui vult solus Agens esse; & ideo necesse est detinere se in illo, & deinde se habere corporis mortui insular.

3 Anima nihil operando, annihilat se; & reddit ad suum principium, ad suam originem, quæ est essentia Dei, ubi manet transformata, & divinizzata; & tunc Deus manet in se ipso, quæ tunc non sunt amplius due res unitæ; sed una sola, & sic vivit; & regnat Deus in nobis, & anima se annihilat in esse operativo.

4 Internus via est illa, in qua non cognoscitur aut lumen, aut amor, aut resignatio; neque necessarium est cognoscere Deum, & sic bene proceditur.

5 Non debet anima cogitare aut præmium, aut pœnam, aut Paradisum; aut Infernum; aut mortem, aut æternitatem.

6 Non debet velle scire, an ambalet cum voluntate Dei; an sit resignata illi, vel non; nec est necesse, ut velit cognoscere suum statum, nec proprium nihilum; sed sese habeat quasi corpus mortuum.

7 Non debet anima memor esse; vel sui ipsius, vel Dei, vel ullius rei; & in via interna omnis reflexio est nociva, & etiã reflexio supra suas actiones humanas, ac proprios defectus.

8 Si propriis defectibus aliquis scandalizat alterum, non est necesse ad id facere reflexionem, dummodò non sit voluntas scandalizandi, & non posse reflectere ad proprios defectus, est donum Dei.

9 Ad dubia, quæ accidunt, rectè procedamus, an non; non est necessarium reflectere.

10 Qui dedit liberum arbitrium Deo, non debet curare de ulla re; nec de Inferno, nec de Paradiso; nec de habendo desiderio suæ propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ sanctitatis, nec propriæ salutis, à cuius etiam ipse se purgare debet.

11 Dum consignatum fuerit liberum Arbitrium Deo, illi debet relinqui cura, & cogitatio omnium rerum nostrarum, & permitti, ut in nobis sine nobis suum divinum faciat velle.

12 Qui resignatus est Divinæ voluntati, non debet à Deo quidquam petere, quia petere est imperfectio; cum sit actus propriæ voluntatis, & electionis; & est quodammodo velle, sicut Divina voluntas nostræ se conformet, & non nostræ voluntati divinæ; & illud petite, & accipietis, ex Evangelio; non fuit dictum à Christo pro animabus internis, quæ nolunt habere voluntatem, quia & istæ eo deveniunt, ut non possint Deo quidquam petere.

13 Necesse est annihilari potentias; & hæc est via interna.

14 Necesse est annihilari potentias; & hæc est via interna.

15 Necesse est annihilari potentias; & hæc est via interna.

16 Necesse est annihilari potentias; & hæc est via interna.

17 Necesse est annihilari potentias; & hæc est via interna.

18 Necesse est annihilari potentias; & hæc est via interna.

15 Unde scuti nihil debent à Deo rogare, etiam non debent reddere illi gratias pro illa re, quia utrumque est aequaliter actus propriae voluntatis.

16 Non oportet querere indulgentias pro peccata peccatis propriis; quia melius est satisfacere Divinae iustitiae, quam quaerere misericordiam; nam illud procedit ex amore Dei amore, & hoc ex amore interfecto, id est, personalis commodi nostri, & non est res grata Deo, nec meritoria, quia est velle subterfugere crucem.

17 Ex quo traditum est Deo liberum arbitrium, cura etiam, ac cogitatio animae nostrae, non debent ulterius estimari tentationes, nec alia fieri illis resistentia, nisi negativa, non utendo industria; & si natura inde patitur, necesse est illam sinere pati, quia natura est.

18 Qui in oratione utitur imaginibus, figuris, speciebus, & propriis conceptibus, non adoratur Deum in spiritu, & veritate.

19 Qui amat Deum, prout illum Ratio argumentando representat, aut intellectus comprehendit, non amat Deum verum.

20 Dicere in oratione utendum discursu, & cogitationibus tunc, cum Deus non loquitur animae, est ignorantia; Deus non loquitur unquam; illius loqui, est operari semperque in anima operatur, dum illa suis discursibus, cogitationibus, & operationibus eum non impedit.

21 In oratione mandandum est in fide obscura, & universali, cum quiete, & oblivione omnis alterius cogitationis particularis, & distinctae attributorum Dei, & Trinitatis; atque standum in praesentia Dei ad eum adorandum, amandum, eique servendum, verum sine productione ullorum actuum; Deus namque id genus rebus non delectatur.

22 Non est cognitio Fidei actus quisquam productus à creatura, sed cognitio quaedam illi à Deo data, quam creatura non novit se habere, neque adeo postea scit se habuisse; idemque dicendum de amore.

23 Mystici cum S. Bernardo in *Scala Claustralium*, distinguunt quatuor gradus, Lectionem, Meditationem, Orationem, & Contemplationem insulam. Qui semper est in primo, nunquam transit ad secundum. Qui semper est in secundo, nunquam ad tertium pertingit, quae est contemplatio nostra acquisita, ubi consistendum est, tota vita, dummodo Deus non trahat animam, nihil tale expectantem, ad contemplationem insulam; & hac cessante, redeundum est animae ad gradum tertium, & in eo consistendum, nec amplius revertendum ad secundum, aut primum.

24 Quaecumque cogitationes inter Orandum accidunt, etiam impurae, quin, & contra Deum, & Sanctos, contra fidem, & Sacramenta; si non voluntarie foveantur, neque actu aliquo voluntatis

reiciantur, sed cum indifferentia, & resignatione tolerantur, non impediunt Orationem Fidei: immò illam reddunt perfectiorem; quia anima magis est resignata voluntati Divinae.

25 Tameñ superveniat somnus, & dormiatur, omnino tamen oratur, & contemplatio fit actualiter; quia oratio, & resignatio, resignatio, & oratio, totum est idem; & quando continuatur resignatio, utique etiam oratio continuatur.

26 Tres haec viae, Purgativa, Illuminativa, & Unitiva, ineptia est maxima, quae unquam prolata sit in ipsa Mystica; cum non sit, nisi via unica, id est, via interna.

27 Qui desiderat, & amplectitur devotionem sensibilem, is nec desiderat nec querit Deum, sed seipsum: quique per viam internam incedit, male facit, eam desiderando, ac habere conando, sive in locis Sacris, sive diebus solemnibus.

28 Bonum est tedium rerum spiritualium; quia sic ab amore proprio expurgamur.

29 Cum anima interna saltim discursu de Deo, & virtutibus, manetque frigida, non sentiendo se ad fervorem accendi, bonum signum est.

30 Quidquid sensibile in vita spirituali percipitur, illud omne abominabile est, sordidum, & immundum.

31 Nemo meditativus exercet veras virtutes internas, quales non possunt cognosci à sensibus. Perdere oportet virtutes.

32 Nec ante, nec post Communionem alia opus est preparatione, aut gratiarum actione (pro animabus hisce internis) quam ut se teneant in solita Resignatione passiva; quia in hac invenitur amor, qui supplet modo perfectioni, quam omnes alii virtutum actus, qui fieri possunt, & sunt in via ordinaria; Est in hac occasione Communionis accidant motus humiliationis, petitionis, aut gratiarum actionis, reprimi debent, quoties non cognoscuntur esse speciales. Deo impulsus, aliter enim sunt impulsus naturae, nondum mortuae.

33 Male facit anima, quae via ista interna graditur, si diebus solemnibus facere velit conatum aliquem particularem ad habendum sensum aliquem devotionis; quia animabus internis omnes dies sunt pares, omnes festi: idemque est de locis Sacris, cum omnia loca iis animabus sint paria.

34 Deo gratias agere lingua, & verbis, non est amarum internarum, quarum est in silentio se tenere, non praesentes Deo impedimentum, quominus in iis operetur; & quanto amplius se Deo resignant, tanto magis experiuntur impotentiam dicendi: *Pater noster*.

35 Animabus huius viae internae non convenit, ut faciant operationes, etiam virtuosas, ex propria electione, & activitate; alioquin, mortuae non forent. Nec debent facere actus amoris erga B. Virginem, Sanctos, Humanitatem Christi, quia cum haec sint objecta sensibilia, talis est amor erga illa.

Nulla

36 Nulla creatura, neque B. Virgo, nec Sancti, sedem habere debent in corde nostro; quia Deus solus vult occupare illud, & possidere.

37 In occasione tentationum, etiam vehementium, non debet anima facere actus explicitos virtutum oppositorum, sed tenere se in supradicto amore, & resignatione.

38 Crux voluntaria mortificationum gravis est, & sine fructu, ideoque omittenda.

39 Opera sanctissima, & austeritates, quas Sancti subierunt, non sufficiunt ad animam, vel ab uno assultu liberandam.

40 B. Virgo nunquam opus aliquod externum fecit, & omnium Sanctorum fuit sanctissima: igitur perveniri potest ad Sanctitatem sine opere externo.

41 Deus, ut nos humiliet, & ad veram transformationem pertingere faciat, permittit, & vult in animabus quibusdam perfectis, etiam non arreptiis, ut daemon operetur violentiam in earum corporibus, illisque committere faciat actus carnales, etiam in vigilia, & sine mentis offuscatione movendo illis physice manus, aliaque membra contra eorum voluntatem, & idem dicendum est in ordine ad alios actus per se peccaminosos; quo casu, non sunt peccatum, quia non adest consensus.

42 Potest dari casus, quo haec violentiae ad actus carnales existant in eodem tempore ex parte duarum personarum, id est, viri, & feminae, & consequatur actus ex parte amborum.

43 Deus temporibus praeteritis faciebat Sanctos per medium tyrannorum; hodie eos facit per medium daemonum: qui dum illis causant dictas violentias, facit, ut ii magis se vilificent, & annihilent in se ipsis, seque in Deo resignent.

44 Job blasphemavit, & tamen in eo, non peccavit labiis suis; quia id fuit per violentiam daemonis.

45 Sanctus Paulus passus est in suo corpore tales violentias daemonis; unde scripsit: *Non quod volo bonum, hoc ago; sed quod nolo malum, hoc facio.*

46 Haec violentiae sunt medium magis proportionatum ad annihilandum animam, eamque promovendam ad veram transformationem, & unionem; neque alia est via; estque via facilior, & securior.

47 Cum haec violentiae accidunt, oportet, si natus Satanam agere, non utendo propria industria, aut viribus, sed consistendo in nihilo nostro: ac tamen accidant pollutiones, actusque obsceni manibus procurati, atque etiam his magis insolita & peregrina, non opus est his inquietari, sed excludendi sunt serupuli, dubia, timores, quia anima magis illuminata, robustiorque, & candidior facitur, & acquiritur sancta illa libertas. At in primis non oportet ea consisti, sitque sanctissime illa non consistendo, quia sic vincitur daemon, & thesaurus quidam pacis obtinetur.

48 Satanas, qui facit tales violentias, suggerit deinde esse graves defectus ad inquietandam animam, ut non progrediatur in via interna: unde ad tollendas illi vires, praestat ea non consisti, quia ne quidem sunt peccata venialia.

49 Job per violentiam daemonis faciebat pollutiones manibus suis eo ipso tempore, quo *mandata habebat ad Deum praesens*. Ita interpretando in tali sensu textum quemdam, *cap. 16. Job.*

50 David, Jeremias, & multi Prophetae Sancti patiebantur eiusmodi violentias harum impurarum operationum externarum.

51 In Scriptura Sacra multa sunt exempla violentiarum ad actus externos peccaminosos; ut Sampson, qui per violentiam occidit se ipsum cum Philistaeis, uxorem duxit alienigenam, fornicatus est cum Dalila Meretrice; quae alias erant res prohibita, & fuissent peccata: Item Judith, quae mentita est Holoforni; Eliasi, qui pueris maledixit Eliae; qui igitur consumpsit duos Ducas cum cohortibus Regis Achab. Autem fuerit violentia facta immediate à Deo, vel daemonis ministerio, ut in aliis accidit animabus, in dubio relinquatur.

52 Quando haec violentiae, etiam impurae, veniunt sine mentis offuscatione, tunc anima potest se unire Deo, & respiciat semper magis unitur.

53 Ad cognoscendum in praxi, an aliqua operatio in alius personis fuerit violenta, regula, quam ea de re habeo, non solum est quod protestentur haec animae, se non consentire, vel quod non possint jurare se consentire; ad quod videamus esse animas, quae profectum faciunt in via interna; sed praesertim me dirigo lumine quodam actuali, & quod superius est cognitione humana ac Theologica, quo cognosco certò cum interna securitate operationem eiusmodi esse violentam; & hoc lumen certus sum venire à Deo, neque mihi vel umbram dubii in contrarium relinquat; eum in modum, quo interdum accidit, ut Deus revelando rem quampiam, eodem tempore animam securam reddat, se esse, qui eam revelationem facit, neque anima possit in contrarium dubitare.

54 Spirituales illi Viae ordinariae, in hora mortis se delusos & confusos inveniunt, cum omnibus passionibus in altero mundo expurgandis.

55 Per hanc viam internam pervenitur, etsi cum multa tolerantia, ad expurgationem, & mortificationem omnium passionum, ita ut nihil amplius sentiantur, nihil, nihil planè, neque percipiat quis inquietudinem ullam, perinde ut corpus quoddam mortuum, neque anima se amplius in diversa transferri sinat.

56 Duae leges, & duae voluntates; altera animae, altera amoris proprii, durant, quando amor proprius durat: unde ubi hic expurgatus, & mortuus fuerit, ut sit per viam internam, non amplius ibi sunt illae duae leges, neque duae voluntates, nec ultra fit ulla subreptio, aut motus improvisus; neque

que aliquid porro sentitur, ne unum quidem veniale peccatum.

57 Per contemplationem acquisitam pervenitur ad statum non peccandi amplius, seu mortaliter, seu venialiter.

58 Ad hujusmodi statum pervenitur, non faciendi reflexionem ad operationes proprias, quia defectus nascuntur ex reflexione.

59 Via interna separata est à Confessione, à Confessariis, & à caibus conscientiae, à Theologia, & à Philosophia.

60 Animabus provectis, quae reflexionibus mori incipiunt, quin & eo ut mortuae sint jam pertingunt, Deus nonnumquam impossibilem reddit Confessionem, ipseque supplet tantumdem ipsis largiendo gratiae praeservantis, quantum recipere ex Sacramento: ideoque his animabus non expedit eo casu ad Sacramentum Poenitentiae accedere, quia non possunt.

61 Anima, cum ad mortem mysticam pertingit, non potest ultrà velle aliud, quam vult Deus; quia non habet amplius voluntatem, & Deus illam ipsi ademit.

62 Per viam internam pervenitur ad continuè consistendum immobiliter in pace quadam imperturbabili.

63 Pervenitur etiam mediante via interna, ad mortem sensum, immò signum, quod quis in nihilo illo consistat, id est, mortuus sit morte mystica, est, si sensus externi non magis jam repraesentent res sensibiles, quam si non existerent, quandoquidem non efficiant, ut intellectus se iis applicet.

64 Theologus minus est dispositus, quam simplex, & idiota, ad hoc ut sit contemplativus: Primo, quia non habet fidem tam puram: Secundo, quia non est tam humilis: Tertio, quia non curat perinde de sua salvatione: Quarto, quia habet caput plenum phantasmatibus, speciebus, opinionibus, & speculationibus; & in eum nequit verum lumen intrare.

65 Superioribus obediri debet in exteriore; & latitudo voti obedientiae Religiosorum pertingit solummodo ad exteriore: aliud est in interiore, quo solus Deus, & Director intrant.

66 Risu digna est doctrina quaedam nova in Ecclesia Dei, animam, ad internam quod attinet, gubernari debere per Episcopum; & si is idoneus non fuerit, eundem animae ab illo ad suum Directorem. Dico novam, quia nec Scriptura Sacra, nec Concilia, nec Canones, nec Bullae, nec Sancti, nec Auctores unquam id dixerunt, neque dicere possunt: quia Ecclesia non judicat de occultis; habetque ejus anima, ut eligat, quem maluerit.

67 Dicere, opus esse, ut internam manifestetur tribunali externo superiori, & esse peccatum, nisi fiat, ea est deceptio manifesta, quia Ecclesia non judicat de occultis; atque animabus suis damnatum adferunt fraudibus haec, & fictionibus.

68 In Mundo non est facultas, nec jurisdictio ad mandandum, ut manifestentur litterae Directoris circa internum animae: & idcirco monitos esse oportet, esse hunc assultum quandam Satanæ.

Istae Propositiones damnantur ut Hæreticæ, Suspectæ, Erroneæ, Scandalosæ, Blasphemæ, piarum aurium Offensivæ, Temerariæ, Christianæ disciplinae relaxativæ, & everivæ respectivè.

CAPUT XXIII.

De erroribus Quietistarum.

QUETISTARUM errores involvant supradictæ Propositiones damnatæ ab Innocentio Undecimo, quæ continent errores Michaelis de Molinos, hic operæ pretium duxi brevissimè addere in quo praesertim Quietismus consistat, ut Lector recentem hanc Tartaream luem faciliùs dignoscat, ac doceat evitare.

Quietismus itaque in hoc potissimum situs est, ut directores Quietistæ animas doceant, quas manducant, ut in oratione seipsas fiant, & actum fidei de Divina praesentia statim eliciant, ac deinde nihil sollicitæ de ullo Mysterio, aut veritate fidei meditantis, otiosæ permanent, nihil cogitent, nihil loquantur, & etiam hujusmodi perfectam quietem arbitrentur, ac perfectam contemplationem, illum verò actum fidei cessant initium quoddam beatificæ visionis, qua cognoscitur Deus non in ænigmatè, sed sicuti est. Hinc fit, ut consuetum meditando modum per sanctas cogitationes, & sanctos discursus, affectus, proposita, &c. superè derideant, & hortentur eos, qui orant, ut consultò ab illis se abstineant; nisi Deus ipse per se immediatè, aut per Angelos suos cogitationes, aut affectiones sanctas immittat.

Sed quid agendum per Quietistas, si forè (cum otium origo malorum omnium sit) tempore illius otii, tentationes insurgant, aut graves concupiscentiæ motus, &c. Omnia per ipsos in pace suscipienda sunt, & nullatenus hujusmodi tentationibus est resistendum, sed permanere debet anima in otio suo, & hujusmodi concupiscentias omnino permittere, ac illas tanquam Dei probationes, ac violentum, sed salutare martyrium suscipere; quæ illis Deo immitenti gratias referre: sic enim fiet, ut per tales violentias earum quies, & contemplatio manente in ipsis fide Divinæ praesentia, periciantur. Hoc autem otium, hoc merè passivè in oratione se gerere, mortem mysticam, viam internam, contemplationem habitualement, spoliū perfectum sui proprii interesse, resignationem totalem Divinæ voluntati, quietem, transformationem in Deum vocant, & similia. Sed verè hæc omnia sunt merè illusiones, quibus Quietistæ abundantes in proprio sensu, in perniciem animarum suarum miserimè decipiuntur.

Reliquæ Propositiones damnatæ ab Alexandro VII. Innocentio XI. & Alexandro VIII. habentur in principio hujus Libri.

APPEN-

A P P E N D I X

QUESNELLIANARUM THESIVM A SS. D. N. CLEMENTE XI. profulgatarum; quibus sua seorsim subjicitur laconica explanatio, & oppugnatio, perstringendo paucis, quæ fusu, ac enucleatius in sua Trutina Antiquænelliana, P. DOMINICUS VIVA Soc. JESU disseruit in obsequium dogmatum Catholicorum.

1. **Q**UID aliud remanet anima, quæ Deum, atque ipsius gratiam amisit, nisi peccatum, & peccati consecutiones, superba paupertas, & seguis indigentia, hoc est generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum?

Si peccatori post amissionem Dei gratiam per peccatum, deficeret liberum arbitrium, ac potestas ad honestè operandum, necnon gratia ad orandum, & ad respiciendum, delusoriè à Deo ad poenitentiam invitaretur; sicut delusoriè invitatur cæcus ad videndum. Quo quid absurdius?

2. Jesu Christi gratia, principium efficacis boni cuiuscumque generis, necessaria est ad omne opus bonum: absque illa, non solum nihil fit, sed nec fieri potest.

Citra Christi gratiam, quæ principium efficacis est omnis boni, (hoc est citra gratiam efficacem) adhuc homo adjutus gratia sufficienti exercere potest actus virtutum supernaturalium, tum Moralium, tum etiam Theologicalium. Non est itaque gratia efficacis ad omne opus bonum necessaria.

3. In vanum Domine præcipis, si tu ipse non das, quod præcipis.

Si Deus in vanum præciperet, quando denegat gratiam efficacem, qua dat, quod præcipit, nonne fatuum esset præceptum poenitentiae, quod à Deo peccatori non respicienti imponitur? Nonne frustranea esset gratia sufficientis, quam Deus eidem confert, ut respiciat? Cùm tamen ea sit beneficium ingens.

4. Ita Domine; omnia possibilis sunt ei, cui omnia possibilis facis, eadem operando in illo.

Perindè quasi non esset possibilis conversio peccatoris, quando Deus gratiam illi confert sufficientem, ut respiciat, absque eo quod respicientiam in illo operetur per gratiam efficacem.

5. Quando Deus non emollit cor per internam unionem gratia suæ, exhortationes, & gratia exteriores non inserviunt: nisi ad illud magis obdurandum.

Adhortationes, & gratia exteriores non deserviunt ad obdurandum cor peccatoris, quin potius ad emolliendum; quamvis aliquando ex defectu propriae cooperationis de facto non emolliatur; & gratia tunc temporis collata sit inefficax.

6. Discrimen inter Fœdus Judaicum, & Christianum est, quòd in illo Deus exigit fugam peccati, & implementum legis à peccatore, relinquendo illum in sua impotentia: in isto verò Deus peccatori dat, quod jubet, illum sua gratia purificando.

Erroneum est hujusmodi discrimen: cùm etiam in Judaico fœdere contulerit Deus gratiam sufficientem

ad non peccandum, nec reliquerit Deus Judæos in impotentia ad bonè operandum. Commentitium pariter est, quod semper Deus in Christiano fœdere sua gratia det quod jubet; sapè enim quod jubet non ponitur, non quidem ex defectu gratia, sed ex nostra culpa. Denique falsum est peccatore gratia divina semper purificari; cùm sapè adjuvetur, quin purificatio sequatur vitio voluntatis.

7. Quæ utilitas pro homine in veteri fœdere, in quo Deus illum reliquit ejus propria infirmitate, imponendo ipsi suam legem? Quæ verò felicitas non est admitti ad fœdus, in quo Deus nobis donat, quod petit à nobis.

Erroneum est, quod Deus reliquerit in veteri fœdere Judæos in sua infirmitate destitutos gratia sufficienti ad salutariter operandum. Quomodo peccassent legem transgrediendo, si illam implere non potuissent? Erroneum pariter est, tam quod in Christiano fœdere Deus ita donat quod petit à nobis, ut non requiratur ad illud ponendum libera nostra cooperatio; quam quod semper nobis detur gratia efficacis, ut ponatur, quod Deus petit à nobis; quinimò sapè ex nostra culpa non ex defectu gratia sufficientis illud non ponitur, nec Deus nobis dat, quod petit à nobis.

8. Nos non pertinemus ad novum fœdus, nisi in quantum participes sumus ipsius novæ gratia, qua operatur in nobis id, quod Deus nobis præcipit.

Novum fœdus non reddit nos participes gratia per Christum collate per hoc, quod Deus semper sua gratia operetur in nobis id quod præcipit; quasi verò nulla alia gratia Christi fidelibus detur præter efficacem, cum sapè detur gratia sufficientis ad ponendum, quod præcipitur, quin tamen illud nobis reluctantibus ponatur.

9. Gratia Christi est gratia suprema, sine qua confiteri Christum nunquam possumus, & cum qua nunquam illum abnegamus.

Gratia Christi est quidem suprema, quatenus sine illa salutariter Christum confiteri non possumus; sed falsum est, quod cum ea gratia ad Christum consistendum sufficienti, nunquam illum abnegemus.

10. Gratia est operatio manus Omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare. Everteret libertatem, atque ad meritum nos reduceret incapaces gratia, si illi non possemus oblectari; ejulque effectum impedire, ac retardare.

11. Gratia non est aliud quam voluntas Omnipotentis Dei, jubentis, & facientis, quod jubet.

Neque est verum quod gratia sit Dei voluntas nobis extrinseca; neque est verum, quod vi gratia

Minimè sem-

semper fiat quod Deus jubet, quin unquam gratia culpabiliter resistamus.

12. Quando Deus vult salvare animam, quocumque tempore, quocumque loco, effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei.

Cum Deus velit, omnes homines salvos fieri, nec tamen omnes salventur, confectarium est, quod sèpe Deus velit plurimos homines salvos fieri, quin sequatur effectus salutis aeternae indubitabilis.

13. Quando Deus vult animam salvam facere, & eam tangit interiori gratia sua manu, nulla voluntas humana resistit.

Si res ita se haberet, nunquam gratia voluntas humana culpabiliter refragaretur, in vacuum illam recipiendo.

14. Quantumcumque remotus à salute sit peccator obstinatus, quando Jesus se ei videndum exhibet lumine salutari sua gratia, oportet, ut se debeat, accurrat, sese humiliet, & adoret Salvatorem suum.

Nonne lumine sua gratia salutari sese videndum exhibuit Deus Judae, aliique obduratis peccatoribus, quin tamen isti se dederint, occurrerint, sese humiliarint, adorarintque Salvatorem suum?

15. Quando Deus mandatum suum, & suam aeternam locutionem comitatur unctioe sui Spiritus, & interiori vi gratia sua, operatur illa in corde obedientiam, quam petit.

Janfenianus est error, quod nunquam interiori gratia in natura lapsa resistamus, atque aded quod Deus semper operetur in corde humano obedientiam, quam petit, quoties mandatum suum, & suam aeternam locutionem comitatur unctioe sui Spiritus, & interiori vi gratia sua.

16. Nulle sunt illecebrae, quae non cedant illecebris gratiae, quia nihil resistit Omnipotentis.

Etiā Omnipotentissimam habeat potestatem inclinandum quod libet cordium, ut loquitur Augustinus, nihilominus sapientissimè homines illecebris gratiae, ipsique omnipotentis resistunt, transgrediendo ejus mandata, seducti ab illecebris hujus saeculi; esto sèpe etiam à vividioribus gratiae illecebris ad obediendum allicitur.

17. Gratia est vox illa Patris, quae homines interiori docet, ac eos venire facit ad Jesum-Christum; quicunque ad eum non venit, postquam audivit vocem exterioris Filii, nullatenus esse doctus à Patre.

Erronee dicitur, quod qui non discit, nec venit ad Christum nullatenus edoceatur à Patre, & gratiae splendore illustretur. Gratia quippe, quae interitus homines docet, non cogit illos, ut ad Christum veniant, sed solum allicit, ac trahit quantum est in se, etiam reluctantes.

18. Semen verbi, quod manus Dei irrigat, semper affert fructum suum.

Si semper fructum suum affert Semen Verbi à gratia divina irrigatum, quomodo posset Deus verbis illi Isaiæ 5. conqueri: *Quid est, quod debui ultra facere vineae meae, & non feci ei? An quod expectavi, ut faceret uvas, & fecit labruscas?*

19. Dei gratia nihil aliud est, quam ejus omnipotens voluntas: haec est idea, quam Deus ipse nobis tradit in omnibus suis Scripturis.

Dei gratia actualis (de qua hic est sermo) neque est nobis extrinseca, ut est Dei voluntas. Neque est omnipotens, seu irresistibilis.

20. Vera gratia idea est, quod Deus vult sibi à nobis obediri, & obediri; imperat, & omnia sunt; loquitur tanquam Dominus, & omnia sibi summissa sunt.

Si semper ac Deus vult sibi obediri, obediretur, nunquam homines gratia divina instructi, ejus mandata transgredirentur. Quod si deesset peccatoribus gratia ad obediendum necessaria, ac sufficiens, factus exprobrarentur, quod non obtemperarent.

21. Gratia Jesu-Christi est gratia fortis, potens, suprema, invincibilis, utpote quae est operatio voluntatis Omnipotentis, sequela, & imitatio operationis Dei incarnantis, & reususcitantis Filium suum.

Gratia Dei non est talis, ut nunquam illi culpabiliter resistatur: Propterea non est imitatio operationis Divinae Incarnantis, ac Resuscitantis Filium suum; haec enim operatio uni Deo ascribitur; operatio verò Gratiae est cum concursu libero voluntatis creatae.

22. Concordia omnipotentis operationis Dei in corde hominis, cum libero ipsius voluntatis consensu, demonstratur illud nobis in Incarnatione, veluti in fonte, atque Archetypo omnium aliarum operationum misericordiae, & gratiae, quae omnes ita gratituae, atque ita dependentes à Deo sunt, sicut ipsa originalis operatio.

Toto Caelo discordat operatio Dei Incarnantis Filium suum ab operatione Gratiae: Illa quippe fuit necessaria Humanitati assumpta; haec verò est libera voluntati, quatenus liberè cum gratia consensus salutatis ponitur à voluntate.

23. Deus ipse nobis idem tradidit omnipotentis operationis suae gratia, eam significans per illam, quae creaturae à nihilo producit, & mortuis reddit vitam.

Deus creaturas è nihilo extrahit, & mortuos ad vitam revocat exercendo suam dumtaxat libertatem; at peccatores non resurgunt ad vitam gratiae habitualis, nisi gratiae actuali misericorditer à Deo collatae ipsi etiam liberè cooperentur.

24. Ista idea, quam Centurio habet de Omnipotentia Dei, & Jesu Christi, in sanandis corporibus solo motu sua voluntatis, est imago idea, quae haberi debet de Omnipotentia suae gratiae in sanandis animabus à cupiditate.

Christus Dominus in sanandis corporibus utitur solo motu suae voluntatis; sed in sanandis animabus à sua cupiditate requirit nostrum liberum consensum; ut proinde corpus ad suam sanitatem merè passivè se habeat, anima verò etiam activè relatè ad suam.

25. Deus illuminat animam, & eam sanat aequè ac corpus sola sua voluntate; jubet, & ipsi obtemperatur.

Deus sanat corpus sola sua voluntate: contrà verò animam illuminat sua gratia actuali homini intrinseca, ut cum ea debeat voluntas liberè cooperari, ut sanetur; propterea sèpe Deus jubet, quin à nobis obtemperetur.

26. Nulle dantur gratiae, nisi per Fidem.

Quis neget etiam infidelibus à Deo gratiam dari, quae ad Fidem amplectendam non allicitur, atque ad illam sive proxime, sive remote disponantur? Aliiter quomodò peccarent respiciendo Fidem, si carent gratia necessaria, qua possent ad Fidem venire?

27. Fides est prima gratia, & fons omnium aliarum.

Si etiam infidelibus Deus misericorditer gratiam elargitur, quae possint ad Fidem venire, confectarium est, quod fides non sit prima gratia. Esto Fides in quantum est liberè imperata ab actu libero supernaturali pia affectionis ad illam, sit (ut habet Trident. sess. 6. cap. 8.) *Humanae salutis initium fundamentum, & radix omnis justificationis.*

28. Prima gratia, quam Deus concedit peccatori est peccatorum remissio.

Gratia actualis, quae peccator ad poenitentiam invitatur, antecedit peccatorum remissionem, quae habetur per gratiam habitualem; atque aded non est prima peccatoris gratia peccatorum remissio.

29. Extra Ecclesiam nulla conceditur gratia.

Extra Ecclesiam sunt Iohannes, Schismatici, Haeretici, Excommunicati, & tamen Deus gratiam illis confert, ut possint ad Ecclesiam gremium confugere; aliter manendo in sua infidelitate non peccarent, deesset quippe iis gratia ad ejurandam infidelitatem necessariam.

30. Omnes, quos Deus vult salvare per Christum, salvantur infallibiliter.

Si res ita se haberet, nemo damnaretur; cum de fide sit, Deum quantum est ex se velle omnes homines salvos fieri.

31. Desideria Christi semper habent suum effectum; pacem intimo coramini inserit, quando eis illam operat.

Desideria Christi Domini sèpe sunt efficaciacia, solum quantum est ex parte sua, sed inefficacia sunt vitio voluntatis, quae gratiae resistit; & ided non semper habent effectum suum; nec semper intimo cordium inserit pax, quam Christus nobis exoptat.

32. Jesus Christus se morti tradidit ad liberandum pro semper suo sanguine primogenitos, id est, electos, de manu Angeli exterminatoris.

Christi Domini Sanguis pretiosissimus effusus est, non ad liberandos dumtaxat electos, sed ad omnes omnino liberandos è Daemonis captivitate: Dicitur enim Jo. 2. *Ipse est propitiatus pro peccatis nostris; non pro nostris solum tantum, sed etiam pro totius mundi.*

33. Proh quantum oportet bonis terrenis, & sibi-metipso renunciasse, ad hoc ut quis fiduciam habeat sibi, ut ita dicam appropriandi Christum ipsum, ejus amorem, mortem, & mysteria, ut fecit Sanctus Paulus dicens: *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*

Erat Quesnellus, tam li velit, ad fiduciam habendam appropriandi sibi Christi amorem, & mortem requiri, quod bonis terrenis omnino nuncium remittamus, non solum affectu, sed etiam effectus; quam si velit, oporteret, ut homo libimet remittere, ita ut peccet, si Deo famuletur intuitu mercedis aeternae: Sicut etiam li putet, ad hanc fiduciam ha-

bandam opus esse, ut simus à Deo dilecti, & electi, sicut fuit Apostolus; cum etiam reprobi possint, ac teneantur in Christi meritis habere fiduciam suae salutis aeternae.

34. Gratia Adami non producebat nisi merita humana.

Gratia Adami collata in statu naturae innocentis non est essentialiter difformis gratiae, quae per Christum nobis confertur in statu naturae lapsae: Neutra itaque producit merita humana, hoc est, humanae naturae debita, sed utraque producit merita indebita naturae humanae, ac supernaturalia: Aliter gratia, ut loquitur Apostolus, non esset gratia.

35. Gratia Adami est sequela creationis, & erat debita natura sanae, & integra.

Si gratia Adami collata in statu naturae sanae, & integræ, esset sequela creationis, & tali naturae debita, sequeretur, quod Gloria, & Dei vilio non esset bonum humanae, atque Angelicæ naturae omnino indebitum, & supernaturale.

36. Differentia essentialis inter gratiam Adami, & status innocentiae, ac gratiam Christianam, est, quod primam unusquisque in propria persona recepit: ista verò non recipitur, nisi in persona Jesu-Christi resuscitati, cui nos unum sumus.

Gratia Adamica, quae dicitur sanitatis collata Adamo in statu naturae innocentis, & gratia medicinalis, quae homini confertur in statu naturae lapsae, non differunt essentialiter, ita ut illa cum libero arbitrio cohaereret, illa non item, sed sit irresistibilis: sicut neque eis vitium, quod gratia sive actualis, sive habitualis in persona Christi recipiatur; cum nobis ex Tridentino inhæreat.

37. Gratia Adami sanctificando illum in semetipso, erat illi proportionata: Gratia Christiana nos sanctificando in Jesu Christo, est omnipotens, & digna Filio Dei.

Gratia Adamica in statu naturae innocentis non fuit illi proportionata, hoc est, debita; neque gratia Christiana est Omnipotens, ita ut nunquam illi in statu naturae lapsae resistamus.

38. Peccator non est liber, nisi ad malum, sine gratia Liberatoris.

Peccatum non admittit liberum arbitrium, ita ut sine gratia Liberatoris nequit homo, dum peccat à culpa abstinere, aut bonum prosequi. Quomodo enim peccare potest, qui destitutus est libertate ad non peccandum?

39. Voluntatis, quam gratia non prevenit, nihil habet luminis nisi ad aberrandum, ardoris, nisi ad se precipitandum, virum nisi ad se vulnerandum; est capax omnis mali, & incapax ad omne bonum.

Sine gratia superna, voluntas libera est ad aberrandum, ad non se precipitandum, & vulnerandum; & capax est ad prosequendum bonum ordinis naturalis.

40. Sine gratia nihil amare possumus, nisi ad nostram condemnationem.

Etiā sine gratia supernaturali possumus bonum prosequi, imò Deum ipsum amare amore naturali; qui certè non est ad nostram condemnationem, quamvis non sit salutaris, ac superfluus.

41. *Omnis cognitio Dei, etiam naturalis, etiam in Philosophis Ethnicis non potest venire nisi à Deo, & sine gratia non producit, nisi præsumptionem, vanitatem, & oppositionem ad ipsum Deum, loco effectuum adorationis, gratitudinis, & amoris.*

Cognitio Dei naturalis tantum abest, ut sine gratia supernaturali producat vanitatem, præsumptionem, & oppositionem ad Deum, ut potius natura sua excitet ad actus naturales adorationis, gratitudinis, & amoris erga illum.

42. *Sola gratia Christi reddidit hominem aptum ad sacrificium Fidei, sine hoc nihil, nisi impunitas; nihil, nisi indignitas.*

Erroneum est, quod sine fidei supernæ sacrificio nihil in nobis sit, nisi impunitas, & indignitas; cum possit voluntas munita dumtaxat cognitione naturali de divina bonitate, non solum à culpis abstinere, sed etiam ad Dei dilectionem naturalem, & ad virtutis prosecutionem incendi.

43. *Primas effectus gratia baptismalis est facere, ut moriamur peccato; adeo ut spiritus, cor, sensus non habeant plus vitæ pro peccato, quam homo mortuus habeat pro rebus mundi.*

Joviniani hæresis fuit, quod gratia baptismalis reddat hominem impeccabilem; ea quippe peccatum penitus destruit, non tamen potentiam ad peccandum, neque concupiscentiam, quæ, ut habet Tridentinum, ex peccato est, & ad peccatum inclinatur.

44. *Non sunt, nisi duo amores unde volitiones, & actiones omnes nostræ nascuntur; amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur, & amor, quo nos ipsos, ac mundum diligimus, qui quod ad Deum referendum est, non refert, & propter hoc ipsum sit malus.*

E choro virtutum virtutes Morales excludit Quefcellus, inherens vestigiis damnatis Baii, & Janfenii. Nonne amor sui, amor proximi, & amor creaturarum poterunt vacare culpa, imò esse laudabiles quamvis non sint amor Dei, nec ad Deum actu, & formaliter referantur? Quis non videat, actus Religionis, patientiæ, pietatis, necnon Spei supernaturalis esse laudabiles, quamvis actus Charitatis sublimitatem non pertingant?

45. *Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnant, necesse est ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnisque actiones ejus corrumper.*

Quasi verò in corde peccatoris, ubi non amplius regnat charitas, debeat ita cupiditas regnare, ut omnes ejus actus sint peccaminosi? Nec possit peccator quidquam boni facere, ac sese ad resurgendum disponere per actus fidei, ac spei supernaturalis.

46. *Cupiditas, aut charitas, usum sensuum bonum, vel malum faciunt.*

Circumscripta charitate, adhuc usus sensuum potest esse bonus per actus ab aliis virtutibus imperatos, puta misericordiam, justitiam, mortificationis, penitentiam, & similes; aliter peccator jejunando, erogando spem, restituendo alienum, peccaret; quo quid absurdus?

47. *Obedientia legis profuere debet ex fonte; &*

hic fons est charitas. Quando Dei amor est illius principium interioris, & Dei gloria ejus finis, tunc purum est, quod apparet exteriori; alioquin non est, nisi hypocritis, aut falsa justitia.

Proscripta olim fuerat thesisi illa Baii 17. dicens: *Non est vera legis obedientia, qua fit sine charitate.* Ea iterum in hac thesi velut ex erebo emergit.

48. *Quid aliud esse possimus, nisi tenebra, nisi aberratio, & nisi peccatum sine Fidei lumine, sine Christo, & sine charitate.*

Bajus pariter in trigesimaquarta ex suis proscriptis thesibus idem effutiebatur, dicendo: *Omne, quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est:* Sicut etiam in 39. cruciabat: *In omnibus suis actibus peccator servus dominantis cupiditatis.*

49. *Ut nullum peccatum est sine amore nostri, ita nullum est opus bonum sine amore Dei.*

Ex Trid. sess. 6. can. 31. constat non solum non peccare, sed etiam bene operari, qui propter mercedem æternam operatur. Sic etiam bene operatur, qui carens amore Dei diligit proximum, audit Sacrum Jejunium: potest itaque dari opus bonum sine amore Dei.

50. *Frustra clamamus ad Deum, Pater mi, si spiritus charitatis non est ille, qui clamat.*

Dei piissimi invocatio, fiducia in ejus amore paterno, orationes, suspiria, quamvis ex fonte charitatis non promanent, adhuc conferunt ad eharitatem, justificationem impetrandam, ac de congruo promerendam, si procedant ab auxilio superiori: non sunt itaque frustra.

51. *Fides iustificat, quando operatur; sed ipsa non operatur, nisi per charitatem.*

Neque verum est, quod fides ullatenus iustificet, nisi tantum dispositivè: Neque verum est, quod fides solum per charitatem operetur; peccator siquidem charitate destitutus, adhuc potest actus fidei exercere.

52. *Omnia alia salutis media continentur in fide, tanquam in suo germine, & semine; sed hac fides non est absque amore, & fiducia.*

Erroneum est, quod omnia salutis media in fide contineantur: Siquidem ad fidem præire debet pia affectio ad illam; & alia salutis media ad fidem consequuntur, non verò in illa continentur. Erroneum pariter est, quod fides nunquam sejungatur à charitate; necnon à fiducia, seu spe. Quamvis enim spes non sejungatur à fide, in qua fundatur; salum tamen est, quod fides nunquam sejungatur à spe.

53. *Sola charitas Christiano modo facit (actiones Christianas) per relationem ad Deum, & Jesum Christum.*

Scripturis, Conciliis, Patribus, & rationi refragatur, quod præter charitatem nulla alia detur virtus, qua fiant operationes studiose Deo, ac Christo gratæ. Nonne virtutes aliæ Theologales Fidei, & Spei, ac Virtutes Morales, circumscripta relatione ad Deum, & Jesum Christum actiones, Christianas operantur?

54. *Sola charitas est, qua Deus loquitur, eam solam Deus audit.*

Etiam actibus fidei, spei, timoris, penitentiam, orationis, &c. Deum alloquimur; ac Deus hujusmo-

di

di nostros affectus, & preces misericorditer audit.

55. *Deus non coronat, nisi charitatem: qui currit ex alio impulsu, & ex alio motivo, in vasum currit.*

Aliarum etiam virtutum actus Deus coronat; ac proinde non currit in vasum, qui ex aliarum virtutum impulsu, ac motivo currit.

56. *Deus non remunerat nisi charitatem, quoniam charitas sola Deum honorat.*

Deus etiam actus fidei, spei, misericordiam, justitiam, penitentiam, & similes remuneratur, & ab iisdem etiam honoratur.

57. *Totum deest peccatori, quando ei deest spes, & non est spes in Deo, ubi non est amor Dei.*

Erroneum est, quod spe deficiente, deficiat etiam fides: sicut etiam quod non possit peccator charitate deficiente, alios virtutum actus elicere, tam supernaturales cum auxilio gratiæ, quam naturales nulla superna gratia adjuvus. Erroneum pariter est, quod sine Dei amore, & sine charitate, spes supernaturalis reperiri non possit.

58. *Nec Deus, nec religio est, ubi non est charitas.*

Quasi verò non possit peccator charitate denu-datus Deo adherere per actus fidei, ac spei, illumque per actus Religionis colere; & sic ad recuperandam gratiam se disponere, prout ad id obligatur ex Trid. sess. 6. cap. 6.

59. *Oratio impiorum est novum peccatum, & quod Deus illis concedit, est novum in eos iudicium.*

Horret animus audire, quod peccatoris Dei Clementiam implorantis oratio fit nova culpa; unde nequeat cum Publicano Lucæ 18. dicere: *Deus propitius esto mihi peccatori:* Sicut etiam quod beneficia, sive spiritualia, sive temporalia eidem erogata in novum iudicium vertantur; ita ut peccator, etiam si bene iisdem beneficiis utatur, adhuc ob illa sit damnandus, & puniendus.

60. *Si solus supplicii timor animas penitentiam, quod hæc est magis violenta, et magis ducit ad desperationem.*

Solus supplicii timor animas Penitentiam (hoc est Attritio) non est actus violentus, seu coactus, ut definit Trid. sess. 14. can. 5. esto fit molestus, & arduus. Nec inducit ad desperationem, cum præsto nobis sit Deus suæ gratiæ adjutorio, quo arduitas emolliatur.

61. *Timor non nisi manum cohibet, cor autem tandem peccato adducit, quando ab amore justitiæ non ducitur.*

Timor gehennæ movens ad actum Attritionis, non solum manum, sed etiam cor removet à culpa; esto non involvat amorem charitatis.

62. *Qui à malo non abstinere, nisi timore panis, illud committit in corde suo, & jam est reus coram Deo.*

Qui solum timore gehennæ abstinere à culpa, non est reus coram Deo, nec peccat, sed bene operatur; & talis actus est supernaturalis, ut habetur ex thesi 16. ab Alex. VIII. proscripta.

63. *Baptizatus adhuc est sub lege sicut Judæus, si legem non adimpleat, aut adimpleat ex solo timore.*

Erroneum est, quod solum supponitur, videlicet, Judæos adimplendo legem ex timore pænæ semper fuisse sub lege (in qua, ut habet Augustinus, pecca-

tum dominabatur) seu semper peccasse: Cum bene, ac supernaturaliter operetur, qui ex timore gehennæ à culpa abstinere, & legem adimplet. Erroneum pariter à fortiori est, quod baptizatus ex eodem timore legem adimplens, sit similiter sub lege, & non sub gratia, qua adjuvetur ad legem implendam.

64. *Sub maledicto legis nunquam sit bonum, quia peccator sine faciendo malum; sive illud univisi ob timorem evitanda.*

Quamvis sub maledicto, seu peccato legis (hoc est, sub lege scripta, in qua juxta phrasim Augustini concupiscentia, & peccatum dominabatur) ut plurimum homines peccarent, laudabiliter tamen operabantur, quando ob timorem gehennæ, & pænarum, culpas declinabant. Sicut etiam quando in actibus virtutum Theologicarum, ac moralium seie exercebant: Falsissimum proinde est quod nunquam sub eo maledicto fieret bonum; & quod culpabiliter ob timorem culpa evitaretur.

65. *Moses, Propheta, Sacerdotes, & Doctores legis mortui sunt absque eo quod illum Deo dederint filium, cum non effecerint nisi mancipia per timorem.*

Moyse, & alii enumerati in hac thesi plurimos Deo dederunt in Legge scripta filios, hoc est, viros Sanctos, qui ex motivo charitatis, tanquam Dei filii operarentur, & non ex timore servili, ut servili, tanquam mancipia: Siquidem Joannes, Apoc. 7. ex singulis tribubus vidit duodecim millia ignotus stantes ante thronum Dei, & Agni.

66. *Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutiis passionibus; neque adduci per instinctum naturalem, aut per timorem, sicut bestia, sed per fidem, & per amorem, sicut filii.*

Etiam per instinctum naturalem adducimur ad Dei cognitionem, & amorem; necnon per timorem; dummodò non sit mundanus: nec solum per fidem, & amorem Deo appropinquamus, sed etiam per alias virtutes.

67. *Timor servilis non sibi representat Deum, nisi ut Dominum durum, imperiosum, injustum, & intractabilem.*

Timor servilis, qui supernaturalis est, Deum representat ut est in se, videlicet ut misericordem simul, & justum; quippe qui de suo misericors est, & benignus, de nostro verò justus. Timor hic à Sanctis Patribus dicitur esse Ostiarius charitatis, quia per illum patet nobis aditus ad Dei dilectionem.

68. *Dei Bonitas abbreviavit viam salutis claudendo rotam in fide, & precibus.*

Sola fides sine operibus, & aliis virtutibus non sufficit ad salutem; Fides quippe sine operibus mortua est, Jacobi 2.

69. *Fides, usus, augmentum, & premium fidei, totum est donum pure liberalitatis Dei.*

Erronee in hac thesi excluditur nostra cooperatio in fide liberè amplectenda; necnon in ejus usu, augmento, ac præmio: Sicut enim liberè, ac meritorie Deo credimus, ita liberè utimur habitu infusus fidei, exercendo actus, quibus mereamur fidei augmentum, ac præmium.

Nua.

70. Nunquam Deus affligit innocentes; & afflictiones semper servant, vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem.

Noonè innumeri iusti, & culpæ cujusvis immunes, à Deo in hac vita affliguntur ob alios fines suæ Providentiæ; præsertim ut tolerantia penarum ad spiritualem profectum, & ad æternæ gloriæ incrementum conferat. Beatissima Virgo Regina fuit Martyrum, & proflus immaculata.

71. Homo ob sui conservationem potest sese dispensare ab ea lege, quam Deus condidit propter ejus utilitatem.

Immensum ostium laxitati aperiretur, si quilibet posset secummet dispensare à legibus in propriam hominum utilitatem à Deo conditis. Potuisset Susanna citra culpam in adulterium cum senioribus consentire; licite posset quis pejorare, & fidem abnegare ad declinandam mortem à Tyranno intentatam, & sic de aliis legibus.

72. Nota Ecclesia Christiana est quod sit Catholica, comprehensens, & omnes Angelos Cæli, & omnes electos, & iustos terra, & omnium sæculorum.

Vult Quæsnellus juxta hæresim Calvinianam in hac, & aliis proximè sequentibus Thesibus excludere ab Ecclesia visibilibus Catholica peccatores, ut eximat se, suosque Affeclas à Prælatorum, ac Pontificum jurisdictione, si forte in peccatum aliquod isti incidierint. Falsò etiam in hac Thesi dicuntur Angeli spectare ad Ecclesiam visibilem. Falsum denique est ad eandem spectare electos, & iustos omnium sæculorum; si enim nunc sint infideles, hæretici, aut excommunicati ad Ecclesiam nunc non pertinent, quamvis futuri sint iusti.

73. Quid est Ecclesia nisi coetus Filiorum Dei manentium in ejus sinu, adoptatorum in Christo, subsistentium in ejus persona, redemptorum ejus sanguine, viventium ejus spiritu, agentium per ejus gratiam, & expectantium gratiam futuri sæculi?

Etiam peccatores, ac reprobi, si sint Baptismo insigniti, ad Ecclesiam constituendam spectant; Et sunt legitimi Pastores, etiam qui forte in culpam incidierint, aut sint reprobi. Aliter incerta esset Pastorum jurisdicção; cum incertum sit, num sint electi, an reprobi: Falsum pariter est, quod adoptati subsistant in persona Christi Domini.

74. Ecclesia, sive integer Christus, incarnatum Verbum habet ut Caput, omnes verò Sanctos ut membra.

Ecclesia est coetus hominum veram fidem profitentium, ac utentium Sacramentis à Christo Domino institutis sub regimine Prælatorum, ac præsertim Pontificis Christi in terra Vicarii. Propterea Ecclesia non est integer Christus; hic enim est solum Ecclesiæ caput, & institutor, quin subit regimini sui Vicarii, nec sit Sacramentorum susceptor; quòd si solum Sancti, utpotè Christi membra, Ecclesiam constituerent, Pastores, qui facile à malignis notari possent, quod culpam aliquam patrarint, jurisdictione carerent.

75. Ecclesia est unus solus homo, compositus ex pluribus membris, quorum Christus est Caput, vita, subsistentia, & persona: Unus solus Christus, compositus ex pluribus Sanctis, quorum est sanctificator.

Ecclesia non est unus solus homo compositus ex Sanctis, sed consicitur etiam à peccatoribus. Nec Christus est Sanctorum subsistentia, ac persona.

76. Nihil sanctius Ecclesia Dei, quia omnes electi, & iusti omnium sæculorum illam componunt.

Electi, qui erunt iusti; si nunc sint infideles, vel excommunicati, Apostata, aut Cathecumeni, nunc ad Ecclesiam constituendam non spectant; hæc verò spectant etiam peccatores, reprobi, si sint acta fideles.

77. Qui non ducit vitam dignam Filio Dei, & membro Christi, cessat interius habere Deum pro Patre, & Christum pro Capite.

Qui non ducit vitam dignam Filio Dei, definit quidem habere gratiam, seu filiationem Dei adoptivam, ac definit habere Christum pro capite, in quantum hic influit in membra viva, sicut vitis in palmitis. Sed non definit habere Deum pro Patre, in quantum retinet ejus doctrinam, ac fidem; nec definit habere Christum pro capite quoad influxum auxiliorum, ut per gratiam vivificetur. Propterea etiam peccatores fideles Ecclesiam Militantem constituunt, cum non sint membra abscissa, ut sunt excommunicati.

78. Separatur quis à populo electo, cujus signa sunt palpata Judæis, & caput est Jesus Christus, tam non vivendo secundum Evangelium, quam non credendo Evangelio.

Separantur quidem à populo electo, nempe ab Ecclesia, qui non credunt Evangelio, seu infideles; non tamen qui non vivunt secundum Evangelium, seu peccatores, si veram fidem proficiantur, ac utantur Sacramentis à Christo Dño. Instituti, sub Prælatorum regimine; ac præsertim Vicarii Christi Domini. Ecclesia enim instar fagenæ missæ in mare bonos simul, & malos pisces accipit, ut habetur in Evangelio.

79. Utile, & necessarium est omni tempore, omni loco, & omni personarum generi studere, & cognoscere spiritum, Pietatem, & Mystera Sacre Scriptura.

Antiquæ hæreses in hac, & proximè sequentibus Thesibus à Quæsnello exsuscitantur. Si cuius personarum generi necesse esset studere omni tempore, & loco Bibliis Sacris, maxima fidelium pars esset in statu damnationis; & Ecclesia erraret, vetando ne omnibus indiscriminati lectio Sacramentorum Scripturarum vulgari lingua permitteretur, si talis lectio omnibus esset utilis, ac necessaria.

80. Lectio Sacre Scriptura est pro omnibus.

Explicatio Sacramentorum Scripturarum, quæ sit singulis fœllis per Parochos, & Concionatores, prout præcipit Tridentinum, est profectò pro omnibus, non tamen earundem lectio, cum ea non sit ad captum omnium.

81. Obscuritas Sanctæ verbi Dei non est laicis ratio dispensandi se ipsos ab ejus lectione.

Obscuritas sanctæ verbi Dei est in causa, cur non omnibus laicis, etiam idiotis, & ac fœminis talis lectio permittatur; ne in foveam aberrando incidant, si non faciem præferat doctus interpres.

82. Dies Dominicus à Christianis debet sanctificari lectionibus pietatis, & super omnia sanctarum Scripturarum. Damnosum est velle Christianum ab hac lectione retrahere.

Dies Dominicus sanctificari quidem debet ope

ribus pietatis, non tamen ab omnibus lectione Sacramentorum Scripturarum: idiotis quippe, & fœminis explanatio mysteriorum fidei per Parochos, & Concionatores faciendæ est. Nec est damnosum, sed utile istos ab ea lectione retrahere, & ad audiendos Parochos, & Concionatores mittere, quoties legendo Scripturas ob ingenio tarditatem errores potius haurire possunt, quam Catholicas veritates.

83. Est illusio sibi persuadere, quòd notitia Mysteriorum Religionis non debeat communicari fœminis, lectione Sacrorum librorum. Non ex fœminarum simplicitate, sed ex superba virorum scientia, ortus est Scripturarum abusus, & nate sunt hæreses.

Communicanda profectò sunt fœminis mysteria fidei, at non lectione librorum, quæ illarum captum superant. Sicut ex superba virorum scientia, ita etiam ex fœminarum simplicitate sæpè hæreses ortæ sunt (ut adverit D. Hieronym.) & Scripturarum abusus.

84. Abripere à Christianorum manibus novum Testamentum, seu eis illud clausum tenere, asserendo eis modum illud intelligendi, est illis Christi os obturare.

Tunc os Christi veluti obturaretur abripiendo ab idiotarum manibus novum Testamentum, quoties deessent in Ecclesia Ministri Christi Domini, qui ad illorum captum se accommodarent, explicando mysteria novi Testamenti.

85. Interdicere Christianis lectionem Sacre Scriptura, præsertim Evangelii, est interdicare usum luminis filii lucis, & facere, ut patiantur speciem quandam excommunicationis.

Interdicere indoctis lectionem Scripturarum, à qua obtenebrari potius possent, quam illustrari, non est interdicare usum luminis filii lucis; sed est velle, ut in lacra obscuritate verbis Dei adeant Parochos, & Concionatores, qui faciem præferant, ne in foveam errorum cadant. Hinc Christus Dominus vult per vocem Apostolorum doceri omnes gentes. Et Eunuchus (Actorum 8.) Regiæ Æthiopum, Philippo dicente: *Veritasne, intelligis, quæ legis?* Aptè respondit: *Quomodo possum, nisi aliquis ostenderit mihi?*

86. Erripere simplicis Populo hoc solatium, jungendi vocem suam voci totius Ecclesiæ, est usus contrarius praxi Apostolicae, & intentioni Dei.

Vetare, ne vernacula lingua publicè divina officia legantur, & canantur, consonat praxi Apostolorum, ac intentioni Dei: Etenim Apostoli annunciarunt quidem Evangelium linguis earum gentium, quibus prædicabant, sed non scripserunt illud eorum linguis: nec solum Hebraicè, & Græcè scripserint; juxta nonnullos D. Marcus Evangelium scripsit Latine. Nec aliter oportebat divina oracula scribi, ac divina officia peragi, quàm lingua aliqua communissima, ne passim errores subreperent.

87. Modus plenus sapientia, lumine, & charitate, est dare animabus tempus portandi cum humilitate, & sentiendi statum peccati, penendi spiritum poenitentia, & contritionis, & incipiendi ad minus, satisfacere justitia Dei, antequam reconcilientur.

Errat, & vehementer errat Confessarius, si velit

poenitentiam dare tempus sentiendi statum peccati; debet illos statim ad contritionem, ac ad reconciliationem cum Deo excitare, & absolutionem Sacramentalem ritè disposito statim juxta praxim Ecclesiæ impertiri. Tunc solum illam differre debet, quando quàm Medicus existimat id expedire; quòd non sæpè contingit: undè universum non debent poenitentes saltem incipere satisfactionem, antequam absolvantur.

88. Ignoramus quid sit peccatum, & vera poenitentia, quando volumus statim restitui possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoliarit, & detrectamus separationis istius ferre confusionem.

Ex notitia gravitatis offensæ divinæ, ac veræ poenitentia provenit, quòd peccator velit illic ad Dei misericordiam confugere, & in possessionem bonorum amissorum restitui; non detrectando tamen confusionem, quòd tam bonum Dominum, & tam benignum Patrem offenderit.

89. Quartusdecimus gradus conversionis peccatoris est, quòd, cum sit jam reconciliatus, habet jus assistendi Sacrificio Ecclesiæ.

Errat supponendo, peccatorem quemcumque ante reconciliationem non posse (atque adeò non debere diebus festis) sacrificio assistere ad exhibendum Deo exteriori cultum, & ad implorandum fructum sacrificii, ut possit supernis auxiliis adjutus conteri, & culpamur fordibus emundari.

90. Ecclesia auctoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos Pastores de consensu, saltem præsumpto, totius corporis.

Si ad excommunicationem ferendam requiretur consensus, saltem præsumptus, totius Ecclesiæ, atque adeò etiam laicorum, innumera sequerentur absurda. Ex Trid. sess. 25. cap. 3. in unius Episcopi arbitrio, & conscientia id positum est. Multò magis à veritate abhorret quod auctoritas excommunicandi ab Ecclesia, atque adeò etiam à laicis, per primos Pastores exerceatur.

91. Excommunicationis iniuste metus, nunquam debet nos impedire ad implendo debito nostro. Nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quando hominum nequitia, videtur ab ea expulsi, quando Deo, Jesu Christo, atque ipsi Ecclesia per charitatem affixi sumus.

Id verum est de excommunicatione evidenter injusta, non verò de illa, quam superior censet esse justam, & subditus contumaciter præsumit injustam. Si tamen excommunicatio sit subdito dumtaxat evidenter injusta; non tamen omnibus, adhuc servanda est ad scandalum vitandum. Quòd si solum probabiliter à subdito putetur esse injusta, absolute servanda est, ita ut judicium superioris iudicio subditi prævaleat.

92. Pati potius in pace excommunicationem, & anathema injustum, quam prodere veritatem, est imitari Sanctum Paulum; tantum abest, ut sit erigere se contra auctoritatem, aut scindere unitatem.

Contra auctoritatem Ecclesiæ se erigit, & unitatem scindit, qui vult potius pati excommunicationem, quæ à Præloatore creditur justa, & à subdito dicitur esse injusta, quàm præceptis Prælatorum obtemperare.

temperare. Hinc non dicitur prodere veritatem, sed captivare intellectum in obsequium fidei, qui damnat ut erroneas theses à Pontifice ex cathedra damnatas, esto per hallucinationem ipse falsitatem non deprehendat.

93. *Jesús quandoque sanat vulnera, quæ præceptis primorum Pastorum festinatè insigunt, sive ipsius mandatis, Jesús resistit, quod ipsi inconsiderato zelo rescindunt.*

Christus Dom. non sanat vulnera à Pastoribus insulsa, quando isti per excommunicationem separant ab Ecclesia refractarios; quamvis aliquando excommunicatio ex odio, & inconsiderato zelo feratur; dummodò feratur rationabiliter, & juris ordine servato. Hinc D. Gregorius Sententia Pastoris, inquit, sive iusta, sive iniusta, timenda est.

94. *Nihil pejus de Ecclesia opinione ingerit ejus inimicis, quam videre illic dominatum exerceri supra fidem fideliùm, & severi divisiones propter res, quæ nec fidem ledant, nec mores.*

Nonnisi delirando de Ecclesia Christi Sponsa, ac dilecta, dici potest, quòd cum scandalo exerceret dominatum supra fidem fidelium, & foveat divisiones propter res, quæ ad fidem, aut mores non spectant; Quasi verò non spectet ad fidem, ac mores damnare Jansenianas Theses, præscribere modum, quo debeant ejurari.

95. *Veritates eò devenerunt, ut sint lingua quasi peregrina plebsque Christianis, & modus eas predicandi est veluti idiomà incognitum: adeo reverte est à simplicitate Apostolorum, & supra communem caput fidelium: neque satis advertitur, quòd hic defectus sit unum ex signis maxime sensibilibus senectutis Ecclesie, & ira Dei in filios suos.*

Delirium pariter est, quòd Ecclesia, quàm Christus Dom. fundavit, fenescere aliquando possit; quodque Catholicæ veritates sint plebsque lingua peregrina, & modus eas predicandi sit idioma incognitum, sitque remotus à simplicitate Apostolorum, & supra caput fidelium; possunt quidem multi ex concionatoribus in hoc deficere, non tamen ipsa Ecclesia.

96. *Deus permittit, ut omnes potestates sint contrariae Predicatoribus veritatis, ut ejus victoria attribui non possit, nisi divine gratie.*

Si nomine Predicatorum veritatis intelligat Quesnellus Jansenianos, commentitium est quòd sint veritatis Predicatores, dum prædicant Theses ab Ecclesia damnatas; & Deus non permittit, sed vult, potestates omnes esse illis contrarias. Sin intelligat Concionatores Evangelicos, & Pastores, commentitium est, quod potestates omnes sint iis contrariae: cum non possit Ecclesia deficere.

97. *Nimis sæpe contingit, membra illa, quæ magis sanctæ, ac magis strictè unita Ecclesia sunt, respici acque tractari tanquam indigna, ut sint in Ecclesia, vel tanquam ab ea separata; sed iustus vivit ex fide, & non ex opinione hominum.*

Si nomine istorum membrorum veniant Janseniani, qui sunt Ecclesie rebelles, quomodo dici potest, quòd sint sanctè, ac strictè unita Ecclesia, cum

sint membra per excommunicationem abscissa? Sive veniant Iusti, & Martyres, quomodo dici potest quòd nimis sæpe tam indignè ab Ecclesia tractentur? Nonnè Ecclesia ipsa, sic tractando istos, erraret?

98. *Status persecutionis, & penarum, quas quis tolerat, tanquam hæreticus, flagitiosus, & impius, ultima peramque probatio est, & maxime meritoria, utpote quæ facit hominem magis conformem Jesu Christo.*

Nec post Ecclesia quemquam habere ut hæreticum, si non sit talis, nec est meritorium velle hanc calumniam pati.

99. *Perviciacia, præventio, obstinatio in volendo, aut aliquid examinare, aut agnoscere se fuisse deceptum, mutant quotidie quòdam multot in odorem mortis id, quòd Deus in sua Ecclesia posuit, ut in ea esset odor vite. V. gr. bonus libros, instructiones, sancta exempla, &c.*

Portæ inferi adversus Ecclesiam prævalent, si talis perviciacia, necnon præventio, & obstinatio possit in illam cadere, ac mutare in odorem mortis, quæ Deus posuit in odorem vite, videlicet: damnando hæreses Jansenianas, quæ certè non sunt in odorem vite, sed Nephitim tartaream exhalant.

100. *Tempus deplorabile, quo creditur honorari Deus, persequendo veritatem, ejusque discipulos. Tempus hoc adventit. Haberi, & tractari à Religionis Ministris, tanquam impium, & indignum omni commercio cum Deo, tanquam membrum putridum, capax corampendii omni in societate Sanctorum, est hominibus più morte corporis mors terribilior. Frustra quis sibi blanditur de suorum intentionum puritate, & zelo quòdam Religionis, persequendo flamma, ferroque viros probos, si propria passione est excæcatus, aut abreptus aliena, propterea quòd nihil vult examinare. Frequenter credimus sacrificare Deo impium, & sacrificamus diabolo Dei servam.*

Fierine potest, quod Ecclesia Dei veritatem persequatur, & quod à Religionis Ministris viri probi tanquam membra putrida habeantur? Pariter portæ inferi adversus Ecclesiam prævalerent, si Pontifex ex cathedra loquens adversus Jansenianos propria passione obcæcatus, aut aliena abreptus nihil vellet examinare, antequàm Theses damnet tanquam erroneas, velleque earum Auctorem tanquam impium per errorem habere, ac anathematizare.

101. *Nihil spiritui Dei, & Doctrinæ Jesu Christi magis opponitur, quam communia sacre sacramenta in Ecclesia, quia hoc est multiplicare occasiones peccandi, laqueos tendere infirmis, & idiotis, & effecere, ut nomen, & veritas Dei aliquando deserviant consilio impiorum.*

Juramenta, quæ ab Ecclesia exiguntur, dunt Janseniani præscripto formulae subscribunt, neque Spiritui Dei, neque doctrinæ Christi Dom. adversantur; Juramentum quippe est actus Religionis, ubi suos habeat comites, Veritatem, Judicium, & Justitiam; ac passim ab Ecclesia in rebus gravioribus exigitur. Ex August. autem Epist. 118. Contra id, quod universalis Ecclesia facit, disputare, infulcissima insania est.

INDEX

RERUM, ET VERBORUM NOTABILIUM, QUÆ IN PRIMO TOMO continentur.

Lit. P. paginam, N. numerum marginalem designat.

Abbatissa potest imponere præcepta temporalia obligantia ad mortale, si materia sit gravis suis Monialibus, aut ad veniale, si materia sit levis, p. 25. n. 201. & 202. Potest etiam imponere præcepta formalia, ac spiritualia, quæ in conscientia graviter, aut leviter obligent, ibid. n. 207. ad 212.

Abortus non licet procurari, etiam ante animationem factus ad vitandam infamiam, aut occasionem, p. 191. n. 2121. Neque ad vitandam mortem ex puerperio, ibid. Prægnanti infirmæ an liceat pro tuenda vita sua procurare abortum? ibid. n. 2121. ad 2123. Procurantes abortum factus animati, effectu sequuto, quænam poenas incurrant? ibid. n. 2125. ad 2129.

Abolutio: vide forma Sacramenti Penitentia. Abolutio à reservatis, vide Casus reservati, Episcopis, Inquisitoribus. Abolutio à censuris, vide Censura. Abolutio sub conditione de futuro non est valida, p. p. 180. n. 3055. Non potest dari ad reincidentiam, ibid. A censuris verò potest, ibid. n. 3056. Mori-bundi, p. 287. n. 3107. A venialibus, p. 334. n. 3240. In calu restitutionis, p. 251. n. 2732.

Abstinentia à servilibus, p. 183. n. 2019. A carnibus, p. 263. n. 2848.

Accidia quid sit? p. 357. n. 3783. Quando venialis? ibid.

Actus interni quando subdantur legi, vide Lex. Actus Religionis quomodo sint? vide Religio. Tenemur frequenter elicere actus virtutum Theologicarum, & maxime quando? p. 33. n. 287. Actus ordinari quando habeantur? p. 355. n. 3758. Disparati, p. 356. n. 3761. Actus conjugalis impeditur ex voto, & quando, p. 404. n. 4264. ad 4272. Ab intrinseco mali, p. 19. n. 143. Interni, & externi, p. 23. n. 181. Humanus, p. 250. n. 2726. Voluntarius, ibid.

Adjunctio quid sit? p. 211. n. 2348.

Adjuratio quid sit, & quot modis potest fieri? p. 161. n. 1765. & 1766. ut sit licita quænam conditiones requirantur, & in quonam consistant? ibid. n. 1767.

Admiratio distinguitur à scandalo, p. 38. n. 344.

Admixtio quid sit, & quando dividenda pro rata? p. 311. n. 2350.

Adoptio quid sit? p. 384. n. 430.

Adoratio quid sit, & quodplex? p. 32. n. 269. Li-

citum est. votis, & alio cultu privato, non tamè publico, & ut privatam personam venerari sepulcra servorum Dei eximie sanctitatis, ibid. n. 271. & 272.

Advena, si non venerint animo habitandi majori parte anni, non obligantur legibus, & consuetudinibus specialibus loci, nisi adit scandalum, p. 21. n. 163. Nec tenentur ad leges locales sui domicili, dum transeunt per loca, ubi illa non observantur, ibid. Loquendo autem de legibus, & præceptis communibus alio modo est dicendum, ibid. n. 164. Advena possunt, sed non tenentur se conformare officio loci, p. 45. n. 447. An teneantur ad jejunia locorum? p. 267. n. 2903. Quantum ad præceptum communionis, vide Communio.

Advertentia. Defectus ipsius in peccato, p. 350. n. 3704.

Adulterium quid sit, & quomodo in confessione aperendum? p. 193. n. 2146. Malicia adulterii quando contrahatur? ibid. n. 2147. & 2148. Pœnæ adulterii ex Jure Canonico quænam sint? ibid. n. 2150. Quando adultera non amittat dotem? ibid. n. 2151.

Advocatus mortaliter peccat, & ad damna utriusque Partis tenetur, si defendat causam manifestè injustam, p. 17. n. 122. Non sic autem, si tueatur causam minus, sed verè probabilem, ibid. Peccat mortaliter, & ad restitutionem tenetur, si defendat articulum justum cause injuste, ibid. n. 124. In aliis verò casibus quando mortaliter peccet? ibid. n. 125.

Affinitas orta ex copula licita se extendit usque ad quartum gradum, si ex illicita usque ad secundum, p. 194. n. 2152. Gradus affinitatis probabilis est specie differre à gradibus consanguinitatis, ibid. n. 2154. Non oritur ex copula sodomitica, p. 196. n. 2180.

Altare privilegiatum quid sit? p. 362. n. 3814. De clausula, quæ solet apponi in concessione ipsius, p. 363. n. 3819. ad 3823.

Alienatio rerum, & bonorum Ecclesiasticorum in quonam sensu accipiatur prohibita, p. 77. n. 846. ad 847. Res, quæ alienari prohibentur, quænam sint, ibid. n. 850. ad 853. Est prohibita Jure Canonico, ibid. n. 854. Casus, in quibus alienatio permittitur, quinam sint, ibid. n. 855. Pœnæ contra alienantes extra casus prædictos, & à quibus incurrantur, ibid. n. 858. ad 865. Casus, in quibus alienatio potest fieri absque consensu Apostolico.